 Az Unitaria Ecclesia Typusival. 1700 septemb. in 4.
 II. Jesus Christus igaz Tanítványának lelki
 Vigasztaló Ísle. M.S. I. Dubito, utrum sit
 haec scriptum ex Spiritibus Horvathichis; auctori tamen
 tum fuisse factum memorati spiritus D. Nicolai.
 Francisci foris

- Sigismundi Pálfi de Várfalva.
- I. Concio, in Exequiis Illustrissimi Domini Ladislai Kun de Kál, Sub hoc Titulo: Jobb az ho'sszi túró az Erősnél, és az Isten uralkodik az ő Indulattyan, annál, az Isten Várost véden meg. Peld. xvi. 32.
Mely nagy Jónak tökéletes Hitből Származott Példája, Abrahámban Istennek Barátságában, nevezetesen Isten mintatta magát. Melyről együggő Elmélkedéset rövideden Isten tette az Teolóvári Urnitaia Ekleziának egyik Predikátora. Midőn Vízárj társában Istenől szólítottatott Istennek Tekintet: Kál Kún László Urfinak, Tekintetes Ur Kál Kún Ispán Uram Főnök, Utolsó Tisztesség tételének alkalmaso'ágával, az Szabadon uralkodó Istennek dntősejére, az nehéz keserűségben esett Ágyának és Anyjának Szívbeli fájdalmak tsende: kitérésére, s mindeneknek hitben való meg erősödé: selőre Halotti Predikátziót mondott. Teolóváratt. Anno 1733. 8. Februarii.
- II. Oratio Funeris. Habita in Funere Spectabilis Ani Ladislai Pekeri, filii Spectabilis Domini Gabrielis Pekeri, qui in territorio Kutyfalviensi aqua immerfus vitam cum morte commutavit. Anno 1691. 14. Julii. Dicta est Oratio in Kutyfalva. 21. Julii. M.S.
- III. Conciones. M.S. cl.
- IV. Apologie Unitariorum ex Hungarica, in Linguam Latinam translatis. I. Nec Conciones, nec Apologie translationem vidi, ab aliis tantum audiri. I.

- Samueli Teereft-Uri. (i. forte) de endem.
- I. Critica. Sen: Nota vel Commentationes in Acta Apostolorum, Concionatoribus utiles. M.S.
- II. Nota in Historiam Iustini, multis Exemplis, Fabulis, Similitudinibus, Doctrinis illustrata. M.S. H
- III. Ambrosia. az az: Halál ellen való Ital. melyet az Néhai nagy emlékezetű Tekintetes Doctor Pécsi András Özevgyének, úgy mint, Néhai Jó emlékezetű s kegyes életű Tekintetes Stánó Er: sabeth Áspornak Tette felett való Beszédeben, az Kétső s Belső Böltséjének Palikáiban magokot gyakorolt és életeteket abban foglalt s el töltött Tudor Doctorának Irásokból östve predett és elegyített, minden jó Lelkeknek vigasztalásotera. Teereft-Uri Samuel az Teolóvári Unitaria Scholának egyik Lectora Anno 1712. Die 8. Mensis Martii. Teolóváratt. Nyomtatta Telgdi Papp Samuel. 1712 gbt. in 4.^o
- III. Az Örökre való Sajnate három Postái, az Isten ez világi Számkivetésben büjdosó Adámnak fiait örökwő Hazájokba hívják: az Isten amaz minden kegyeséget meg jutalmaztató Törvény Szétere tsake nem együtt ezitálake Isten Jó Urainak, az boldog emlékezetű Kemita András Uram Özevgyét, Nemzetes

- zebes Wilhelm Christina Afspromt 1704 estendö:
ben, Szent Jván Havának 14. napján. Kinek utol-
só kifestéségere, hideg tebeim felett, ez három Pop-
táknak követségüket meg bejellelt, az László vár-
Unitarium Collegiumban Oratoriat tanított Isten Ke-
szet-Uri Samuel. Kéltörvénnyel. Nyomtatta Telegdi
Pap Samuel. 1704 estendöben. in 4^o
- v. Conciones plurime. m.s.e. que plurimor ma-
nibus teruntur, et premuntur.
- vi. Orationes eximie funebres multe. m.s.e.

- Joannis Geizanovii
- i. De Summo Cognitionis humane Principio. m.s.
- ii. Historia Philosophica. m.s.
- iii. Notae in Summarium Aethemburgiannum. m.s.

- 249
- Michaëli Varó de Bagyon.
- i. Idea Actionum Juridicarum. A' Viro Pa-
trii, Exterique Juris Peritissimo, in maximam
Juris Tyrorum utilitatem concinnata. Claudio:
poh. Typis Academicis Soc. Jesu. Bri' excusa.
I. forte sub diversis Titulis. Annum etiam ignoro. I.
- ii. Ars Argumentandi. m.s. I. Audiri hujus
Libelli eundem Sptem Dnm fuisse Auctorem,
sed certo affirmare non ausim. I.

Anonymi etiam. Sunt multi. De quibus alia.

Franciscus David vel Davids Plebanus Claudiopolitanus, quando Claudiopol. civitate unio facta inter Nationes Hungaricam et Saxoniam. Tunc, vel dein, eam Superintendentis Unitariorum, sicut prius dubitavit in Principatu Transylvaniae Principe Joanne Sigismundo. Variis publicis disputationibus de Trinitate et Jesu Christum divinitate interpreti. Multa Opera Theologica Latina et Hungarico Sermonate edidit, inter alia: Rövid Magyarországi misztériummal kapcsolatban az Istenről való Tudomány, és misztériummal kapcsolatban. Alba Julia A. 1567. in 4. Item: Rövid ut mutatva az Isten létezését igaz értelemben. Alba Julia A. 1567. in 4. Item: Az Isten Teremtéséről és igaz Isteni igéről. Alba Julia A. 1568. in 4. Item: Az Isten Istenről, és az Isten Teremtéséről, és az Isten Teremtéséről való Predikatsok. Alba Julia A. 1569. in 4. Item: Melius Petrus et Carolus Petrus ellor. Fejérváratt. A. 1571. in 4. Item: Az Isten Istenről és az Isten Teremtéséről. Fejérváratt. A. 1571. in 4. Postea delapsus in dogma de non invocando Christo Dño, tanquam Innovator, post varias de ea Materias Disputationes sub Principe Christophoro Bathori in Dovenferi carcerem conjectus, mox de nex A. 1579. 15. Nov. val 4. Junii extractus est.

Georgius.

Georgium Blandrata Italia quidem oriun-
 dus, sed in Transylvania hunc Principum, Jo-
 annis Sigismundi, Stephani et Christophori Ba-
 thureos Archiatres, et Consiliarios Intimus, va-
 rias Scripsi claruit. Publicatur in Disputationibus
 Albensibus Anno 1566 et A. 1568 hinc In-
 terlocutor. Liber sub Titulo: De falsa et
 vera Unius Dei Patris, Filii et Spiritus S. Cogni-
 tione. Autoribus Ministris Ecclesiarum Consueventi-
 um in Sarmatia et Transylvania. Alba Julia A.
 1567. in 4. ipso praecipue Autore prodit. Ita:
 De Regno Christi et Antichristi. Nomine Martini
 Kunii et Seniorum Ecclesiarum de uno deo Patre
 Consueventium in Transylvania. nec non. Tractatus
 de Podobasismo et Circumcisione Albae Ju-
 liae A. 1569. in 4. Item: Refutatio Scripsi
 Georgii Majoris: in quo demum inuenerunt Respo-
 sum et nomen in Elzevicio, unicum deinde eius
 in personam in persona et duplicem in
 pluribus probare conatus est. Autoribus Fran-
 cis Davidi et Georgio Blandrata A. 1569 in 8.
 Item: Demonstratio falsitatis Doctrinae Petri Me-
 lani. Alba Juliae in 4. et alia plurima.

Demechius Hungarici Hungarum natus, Re-
 ctore Scholae Unitariae Claudiopolitanae. Gregorio
 Molnari A. 1560 Claudiopolim appulit, inde in
 Celeberrimo tunc temporis Gymnasio Enyediensi

* nb. Polycastris casd hátrabb a 261. lapom

Claudiopolitanum, cum ad Sepeliendum in Fejervar
 Comitatu ingente multitudine clauderetur.

Stephanus Basilus Concionator Claudiopolitani
 Unitar. Az Credonak vagy Apostoli Vallásnak magya-
 rajattya. Alba Juliae 1568. in 4. Item: Gyökér-
 kertészek a keresztényi igaz hitrol es igaz ellen-
 kezi igaz tudomanyrol. az Istenek Gyökérben. Al-
 ba Juliae A. 1568. in 4to.

Pantus Karadi circa A. 1562 Concionator
 Gregorii Bethlen de Miksa Bani Karanfalszi:
 eiusdem Aetia Superintendentis Ecclesiarum Unitar. in in-
 ferioribus Hungaria, et Vintyáni Alfoldi Propositi / Gene-
 rarium Residentis. Simplicis Commentarios in Prophe-
 tias Oseei A. 1561. in 4to. Joelis A. 1562. in 4to.
 Iypsem A. 1560. Hungarice. etc.

Stephanus Casimirus Unitarius Concionator Al-
 ba Juliae. Ibidem Anno 1568. excusa in 4to. Tor-
 tianus Lantzi Andras de Kaszari rali. Feheltes.

Joannes Leosa Varsaliniensis Unitar. Superinten-
 dens. Az uchelesgael Fundamentum az A. in 4mo.
 excusa et excusa. Item: Az Isten gyökere az
 kezi istelmek vid. in 12. Mustinus Hung. 1601. Alba Juliae. 3. Jan.
 Erasmus Joannes Plebanus Claudiopolitanus
 Unitar. Extant hinc vide alibi. Mustinus A. 1592.
 Christianus Francken circa A. 1590. in Feheltes
 Unitar. Claudiopolitanae Unitar. Munita punctis.

Edidit Librum contra Trinitatem apud Alexium Ro-
decki. Item: Commentationes in Epicteti Philosophia
Item: Praecipuas enumeravit causas & vid.

Nicolaus P. Bogathi Pastor Unitus in S. Demeter
peres Regium Indicem Incolta sedis Lincialis un-
varhely Transilvan. Galasi. Scripsit Commentar. in

Bod

Limon Fischerus in Schola Unitatis Claudi-
Lector / Pastore existente Paulo Goco Scripsit Dialecticam
Anno 1599 in 8^o et Disputationes, Doctrinam de Praed-
cambitibus et Praedicabilibus complutentes A. 1599. in 8^o

Symon János Plebanus Unitatis Claudiopolitanae
edidit Libellum de Divorciis in 4^o. Scripsit etiam
Brevisimum Compendium Philosophiae. Mortuus A. 1641

Joannes autem Szarai Episcopus adhuc juvenis
mortuus est A. 1661.

Valentinus Radceius Superintendens Unitatis
in Transylvania et Plebanus Claudiopolitanae
Scripsit Anno 1613: Apologiam adversus & Item
Disciplinam Ecclesiasticam. Item: de Officio Christi
Item: Formulam dominici cenae & in 8^o. Item
Praelectiones Latinae in 8^o. Item: de Matrimonio & Claudi-
1621. in 4^o. Mortuus 1632.

Paulus Coenadi de Kolozvar, ibidem in Schola
Lector et Requisitor Literarum Instrumentorum
in Conservatorio conventus Beatae Mariae Virginis
de Coloz Monasterii locatorem, deinde Superintendens

dem Unitariorum. Eiusdem est: Amas Ss: Mathe' & Ss.
Item: Argumentum & M.S. Mortuus A. 1636.

Valentinus Radceius Senator Claudiopolita-
nus Scripsit Latinae et Hungarice de Trinitate, duo
linguis in Christo Naturo. M.S.

Joachimus Steymannus in Unitariorum Ecclia
Saxonica Claudiopoli Pastor circa A. 1620 - 1630.

Sunt etiam lucubrations extant: Controversia huius
temporis de Ecclia. A. 1626. in 4^o. Institutionum mathe-
maticarum & recommodanti. A. 1630. in 8^o. Bre-
vis Disquisitio an et quomodo vulgari Evangelio

Valeriani Magni de Acatolicos credendi re-
gula iudicium solide atque evidenter refutari
queant. A. 1633. in 12^o. De vera Reformatione

Ecclie Christi. M.S. Delinatio Theologiae & videtur
de praecipuis in Religione M.S. Analecta Mathe-
tica M.S. Logica Metaphysica reformata M.S.

Libri duo de Iudice & Norma Controversiarum fidei
A. 1644 in 12^o. at posterior liber ob amorem
Autoris o absolutus, verum ab Eiusdem, et

huius nominis filio Joachimo Steymanno, ibidem
Pastore Claudiopolitano absolutus, sed M.S. Huc

ius est: Disquisitio inter duas de Trinitate Lib-
Anagrammate: Magnus amicus honesti. A. 1649. in 8^o.

Eiusdem: Paraphrasis in Epistola Pauli ad Romanos M.S.
Valentinus Baumgarten Ecclia Saxonica Clau-
diopolit.

diopolitane Plebanus et Rector Scholae varii MS.
fuit praedictus, inter quae extat Scti Iosephi Volumi-
nis Dissertatio Vtriusque Opinioni de tribus Perso-
nis, quatuor quaeque duo epi opposita. MS.

Samuel Gronski de Gronidii Nobilis Poloni-
cus, sed in Transylvaniae legatus exult. ob Religiose
Conscriptio Historiam Belli Cosaco-Polonicum Anno
1656. Idem fuit Compiler Historiae quae sub
Wolfgangi Bredlen nomine in Folio prodit.

Joannes Jacobianus Notarius, Claudiopolis
vltimus edidit Historiam in 4°. Libere inscri-
bitur de Actis Legationis Batthori. Lib. unum. Claudiopolis
1. 1700. in 4°. Transylvaniae. in 4°

Ambrosius Symizianus Pannoniae Comitatus
in Ptolemae Datensis Notarius, conscripsit de
Hungaricarum post Bonfinii scripta gestarum
Libros IV, usque Anno 1635. Sen. Stephani Bors-
kai, Principatum Transylvaniae.

Joannes Thomai Praepos. Davidis deservit
in Hungaricas Cantiones Anno 1626.

Joannes Dobo Scent. Martoni scripsit A. 1623
Diogenes et Sctus Haldianus et Sct. Tamadafal-
us. Nyomat. Keresden 1685. 4to. in 12°.

Item: Ar. Lonak Ditserei A. 1695. in 4° et alia.

Benedictus Arkozi in Academia Patavina
publice in multorum praesentia dixit: Philosophiae
et Medicinae Praeceptorum A. 1639. 2. Novemb. in 4°

et Orationem in laudem SS. Theologiae A. 1640. in 4°.
Redux ex Academicis Lector Claud. Scholae Scripsit:

De Loris et Scholasticarum in Trinitatis et Unitatis
controversis. MS. Item: Ar. Habels in den
Napolea irattatott, Soljle Szentfigyelmezes alkof-
maztatotta Inadszagos Konyv. Sct. Keresden
melkedesellel egyben. MS. et alia.

Franciscus N. Honori S. Pat. Verbocsi S. P. in
Totvni Szentsevel Compendium. Veszels. Keres-
varatt 1699. in 3°

Franciscus Petityerith Horvath Sulyta Res-
giae ac Judiciae Tabulae Abscor edidit. Apolo-
giam Fratrum Unitariorum et Hungarice. Keres-
varatt 1700. 4to. in 4°. Sctus Keresden igitur Tamit-
yinali latta iragastalo Scti. MS.

Franciscus Bethlen S. P. Marchallus Prin-
cipatus Transylvanicae, scripsit Praeceptorum A.
1648 ad Martinum Anarum Rectorem Scholae
Ratoriensis insertas Secunda Centuria Praeceptorum
Martinus Anari, in praesentia Lipsiae A. 1681. in 8°.

Michael Gergely Almasi Superintendus Unitatis
edidit Tractatus: De Generatione Christi. De Libero
Arbitrio, ac Iustificacione, cum annexis. Sub Ano-
nymo. Claudiopolis. A. 1702. in 12°. Martini A. 1724.

Paulus Dimien Kolesvari, in Academia Lydun-
ni Patavina

in Bataviae A. 1689 - 40. dedit Disputationem
 medicam Inauguralem. A. 1690. 15. Febr. Creatur
 Rector Scholae Claud. Uniti, cui Officio addit. A.
 1710 Plebanum officium, et mortuus A. 1720. 4. Jan.
 Quae est Catechesis. Sen. Brevis Instructio Religio-
 nis Christianae secundum Unitarios. MS.

Samuel Biss de St. B. Marton, gloriose memo-
 ria; Sacrae Caesaris Augustae Majestatis Caroli VI.
 Consiliarius Intimus, et Actualis in Gubernio Transyl-
 vanico A. 1710 conscribere cepit. Sub Publicum Transyl-
 vaniae, at morte preventus non absolvit.

Samuel Terepstrum Pastor Claudiopolitanae
 Unitarum edidit Critica. Sen. Notas et Commentae
 hiones in Acta Apostolorum Concionatoribus utiles. MS.
 Nec non plurimas Conciones MS. et Orationes funebres.

Michael Varo de Bagyon Juris utriusque
 Advocatus, scripsit Idem Actionum Fundationis
 Claudiopolitanae recentis Typis Academiae Societ. Sc.
 Sub Anonymo.

Georgius Valapsuti.

Joannes Decius

Stephanus G. Dersfi Pastor Mestwarensis.
 Tractatus Theologico-Diacriticus Quatuor Reli-
 gionum in Transylvania Receptorum praecipue Cas-
 pita et Fundamenti complectens.

Rectoris munere annuo spatio functus, deinceps
ta septennio Patavii dans Audis operam rever:
In Claudiopolitana Schola profectus septen:
ni spatio, hinc Universar. Scilicet Unitariar.
Transylvan. Episcopus, creatus A. 1519, post
Annos 13 Anno 1532 extinctus est. Scripsit de
Pocobaphismo observando. in

Jacobus Paleologus ex insula Chio oriundus
fuit, ac ex Imperatorum Constantinopolitanor. Pro:
topia. hinc Rector Scholae Unit. Claud. Patav.
edidit Opera, ut: de Baptismo, Magistratu Politi:
co, et alia, prolo subiecta: ita MS. Apocryphi
et alia plurima.

Joannes Commerus Germaniam evocatus a
Francisco Davidi et Blandrato circa A. 1560
Claudiopoli in Schola Unitarior. Lector creatus.
Rex Hungaricos Carmine Elegiaco delineavit.
Edidit Ingotrad. Anno 1583. de Repu:

tabionem scripti, quod Petrus Carolus sub titulo:
Fidei Orthodoxae, de uno vero Deo Patre, Filio et
Spiritu Sancto, contra Georgii Blandratae et Francis:
sei Davidi errores A. 1571. Item Tractatus ali:

quot Christianae Religionis sub nomine Theodor:
si Schumbergii. Item Oratio Funebris in obitu
Joannis 12. Regis Claud. 1571. Item. Commen:
tarius in Epistolam ad Hebraeos A. 1572. MS.

Cassian

Casparus Heltai Plebanus Claudiensis primus
Lutheranus, deinde Unitarius, adornavit Bibliam
Hungaricam versionem in 4. Edidit etiam sub Ti-
tulo: Az Keresztények és Többszázadosok vérszédelmes
váltásol Dialógus Kolozsváran Anno 1552. in 8^o

Casparus Heltai Junior. Tripertitum de:
opetum Verbocsi in linguam Hungaricam transtulit.

Georgius Ennedi Superintendens Unitariarum
Unitarum in Transylvania, et Rector Scholae Clau-
diopolitanae, in ipsa aetate flore extinctus A. 1591.

24. 28. Novembri. Cujus est: Explicatio Locorum Scriptu-
rae Veteris et Novi Testamenti, ex quibus Trini-
tatis dogma stabilitum solet. Exclusa primum in
Transylvania, deinde in Belgia, utrobique in
9. Item: Concionum septem Triades. MS.

Matthaeus Thorocskai Superintendens Uni-
tariarum, transtulit in linguam Hungaricam En-
ni

di Explicationes Locorum Scripturae Sacrae, ex quibus
dogma Trinitatis solet stabiliri Clau. 1619 et 1620

in 4^o. Item: Az Keresztények és Többszázadosok vérszédelmes
váltásol az régi és új Testamentum perant egy-
ben Summaltatott értelme, az Keresztények által
születtek Kolozsvárott A. 1632. in 12^o

Anno 1607. Febr. perierat Super Principe Ste-
phano Bocskai, circa Promontorium Bekai-Pataki
Clau

De Nicolao Paruta.

Nicolai Paruta Natione Italus, ob Religionem
Patriam aere coactus, venit in Transylvaniam.

Occasio autem adventus ejus in Transylvania, fuit:
Circa Anno 1546 Itali quidam (quorum numerum
quadragenarium exercebat) in ditione Veneta in-
stiterant occulte Collegia, colloquia de Religi-
one, de Scripturae Sacrae sensu vero indagando; in
quibus, potissimum dogmata vulgaria de Trinitate,
Christi D. Satisfactione, aliisque huiusmodi similia in dubi-
um revocabant. Memorantur vero in hac so-

cietate praesentis: Leonardus Abbas Bufalis, Lelius
vel minor Socinus, Berthardus Ochinus,
Nicolai Paruta, Valentini Gentilis, Julius
Trevisanus, Franciscus de Rulgo, Jacobus de
Chiari, Franciscus Nigler, Davinus Socinus, Pau-
lus Alciatus &c.

Cum tandem ea res inno-
visset, gravi obruti sunt persecutione, et qui-
busdam Capiti supplicio affecti, sunt: Joanne
valentino Gentili, qui Berne decollatus est A. 1566. &
caeteri sunt dispersi, et vitam quiescentissimo peri-
culo subducentes patriam excessere, ac in diver-
sas oras se contulere; ut Leonhardus Abbas
Bufalis Damasci vitam arte Sarcinatoria finire
coactus est

coactus est. Sic alii in alias oras discesserunt. Hoc videtur contigisse circa Annum 1559, vel 1560. Hac occasione appulit et Nicolaus Paruta in Transylvaniam, sed precise quo Anno et die, in scriptis non reperio.

Paruta hujus Professionis homo fuit, an Medicus, Secularis, vel Ecclesiasticus in Transylvania, nondum penetrare potui; certum est, fuisse in Theologia satis exercitatum, unius Summi de Patri cultorem per mediatorem Jesu Christum, quem unum Deum appellavit Theopatum, vel Patrotheum in suis scriptis.

Paruta scripsit Theses quasdam; quarum meminisse Franciscus Socinus scribens adversus Gabrielem Antropium Sadecium; meminit et Beza (Huguesius licet nomine) Praefat. in Acta Valentinii Gantii. De quibus Thesis Sandius sic scribit:

1) Perquam verisimile est easdem has Theses esse eam illas de quibus sub Lelio Socino egimus.

2) Sub Lelio autem haec haec: Theses de Deo Tri-

3) uno et uno circa Anno 1562 prodierunt in lucem;

4) et esse forte eadem sint Theses, quae hucusque Paruta habuisti.

Ex confirmatione, has Theses easdem esse, quas in quadam Disputatione publica in Transylvania, praesente

praesente etiam Johanne Rege, cum Joanne Sommero Respondentis vel Defendentis vicem agens, publice defendit. Quas Theses, quia nec Sandius viderat, nec ubique occurrunt, unâ cum processu Disputationis, interius, post Sommerum, in gratiam Curiosi Lectoris, brevis Subneciam; ubi etiam multa huc pertinentia, de Paruta statu, conditione ac tenali memoria, occurrent, spero, Lectoribus Curiosis, non ingrata.

Paruta praesens fuit etiam in generali Synodo Radnotini habitâ; in qua Georgius Blandrata, mediante ipso Paruta Catechesin quandam publicari curavit.

Paruta de Baptismi Ceremonia scripsit Epistolam ad Stanislaum Lutomirscium Superintendentem minoris Poloniae Anno 1574 (quo tempore adhuc in vivis fuisse in Transylvania constat) quâ in Ceremonia Baptismi Paruta sententiam, hanc fuisse Budzinius refert: Baptizandos esse ad Culesiam accedentes ob evitanda pericula propter Ceremoniam, non inquirendo: an haec rebaptisatio sit necessaria ad consequendam salutem. Lutomirscius autem Nicolao Paruta sic respondet: Atque ut Ceram Domini,

coactus est. Sic alii in alias oras discesserunt. Hoc videtur contigisse circa Annum 1559, vel 1560. Hac occasione appulit et Nicolaus Paruta in Transylvaniam, sed precise quo Anno et die, in scriptis non reperio.

Paruta, hujus Professionis homo fuit, an Medicum, Secularis, vel Ecclesiastes in Transylvania, nondum penetrare potui; certum est, fuisse in Theologici, Satis exercitatum, unius Summi Dei Patri, cultorem per Mediatorem Jesu Christum, quem unum Deum appellavit Theopatrum, vel Patrothrum in suis Scriptis.

Paruta scripsit Theses quasdam; quarum meminuit Faustus Socinus scribens adversus Gabrielem Cretopium Sadecium; meminuit et Beza (suppresso licet nomine) Praefat. in Acta Valentini Gendilis. De quibus Thesis, Sandius sic scribit:

„ Perquam verisimile est easdem has Theses esse
 „ cum his, de quibus sub Laelio Socino egimus.
 „ Sub Laelio autem haec haec: Theses de Deo Tri-
 „ no et uno circa Annum 1562 prodierunt in lucem;
 „ nisi forte eadem sint Theses, quae Nicolao Paruto
 „ tribuuntur.

Ego existimarem, has Theses easdem esse, quas in quadam Disputatione publica in Transylvania, presente

presente etiam Johanne Rege, cum Joanne Sommero, Respondentis vel Defendentis vicem agens, publice defendit. Quas Theses, quia nec Sandius viderat, nec ubique occurrunt, una cum processu Disputationis, interius, post Sommerum, in gratiam Curiosi Lectoris, brevis Subnectam; ubi etiam multa huc pertinentia, de Parute Statu, conditione ac tenaci memoria, occurrent, spero, Lectoribus Curiosis, non ingrata.

Paruta praesens fuit etiam in generali Synodo Radnotini habitâ; in qua Georgius Blandrata, mediante ipso Paruta Catechesin quandam publicari curavit.

Paruta de Baptismi Ceremonia scripsit Epistolam ad Stanislaum Lutomirscium Superintendentem minoris Poloniae Anno 1574 (quo tempore adhuc in vivis fuisse in Transylvania constat) quâ in Ceremonia Baptismi Parute sententiam, hanc fuisse Budzinius refert: Baptizandos esse ad Culesiam accedentes ob evitanda pericula propter Ceremoniam, non inquirendo: an haec rebaptisatio sit necessaria ad consequendam salutem. Lutomirscius autem Nicolao Parute sic respondet: Aequè ut cenam Domini,

- " ita et Baptisimū in ceteris prior administrari
- " debere non regant cordati pietatis amantes;
- " Scimus tamen locis et temporibus non alligatos.
- " Facessat Superstitio, omnia serviant edificati:
- " onis, paci et tranquillitati Ecclesiae. &c.

Reliqua, quae de Parenta possent scribere, in
 ferri post Sommerum] in Extractu Disputa-
 tionis cujusdam, Subjiciam.

De Joanne Sommero Pirnensi Misnico.

Johannes Sommerus Germanus, in inferiori
 Germania, in Marchionatu Misnia natus est Pir-
 ne, quae est ad Albim fluvium, unde, Pirnen-
 sis Misnicus scribitur. Hoc sic ipse expressit:

Natus ad Albiacae ripas Sommerus arund
 Quae spectat super edita Pirna suas.

Sommerus in Juventute Musas excoluit; Graecae
 Poeticae et Musicae operam dedit; ut Juvenis
 tamen, juvenili ingenio praeditus, circa Annū
 aetatis 24-um, militiae se addixit.

Placet haec formalibus ejus verbis describere.
 Sic ego de Clade Moldavica ad Stephanum Hel-
 nerum scribit:

- " Nescio, cur studiis iratus inanimis, auri
- " Pectore inexpletam concipiente famem.
- " Tempore, quō gravidas carpebat vinctor uvae
- " Insulae manabant divite musta lacu.
- " Hiebat: --- Qui Musas spernit et Artes
- " Haec bibit, ---
- " Delicia, vates hominum, laudata reponunt
- " Carmina, praeterea nil parit ista seges.

Proinde dixit:

Panper Apollo vale, Musaeque lyrae, valet

----- In vauis

" In vacuo quare Musis Helicone relictis
 " Aptavit teneras miles in arma manus.

Occasionem autem Sommero militiam amplectenti
 subministravit Jacobus Basilicus Despota, e Creta
 Insula, humili Patre oriundus, sed sagaci inge-
 nio praeditus; qui asserens se esse Filium Jacobi
 Heracleidae Principis Epirotarum, Regnumque Mol-
 daviae sibi jure hereditario deberi, a Ferdinando
 militares copias impetrauit, ac A^o 1561 per Poloni-
 am et Russiam in Moldaviam irrupit, Commissarius
 10 Novemb^r cum Alexandro Provinciae illius Prin-
 cipe, praehis, eum perdidit, ac fugavit, partemque victo-
 riae Provinciam obtinuit, ac omnium applausu
 coronatus est, nomenque Joannis (cum antea
 Jacobus nominabatur) assumpsit. Quod
 Sommerus in quadam Elegia ad Joachimum
 Prudentium Silesium sic expressit:

" Haec tibi luce novam sumsit, Joachime, Coronam
 " Atque aliud noster Despota nomen habet.
 " Cuius Rex factus, non jam velut ante, Jacobus
 " Praefert erectae signa perilla Sami,
 " Sed sculptorem torvo bos aspicit ore Joannem
 " Reddit ubi impressas Regia cera notas.
 " Tu Christum precibus mecum volisq; vocabis
 " ut Domino foelix nomen utrumq; cadat.
 Conf^r Wolffg. Bethlen Hist. Lib^r V. p. 216.

Occasi-

Occasione hujus tumultus ipse quoque Somme-
 rus, cum ipso Despota, ~~et post~~ ^{per}ivit
 in Moldaviam, volens apud Joannem Prin-
 cem ~~Moldaviae~~ stipendia mereri. Cum au-
 tem aliqua rudimenta militiae apud Joannem
 Despotam Sommerus ostendisset, animadvertit
 Despota Sommerum in studiis profectum
 habere, ac Musicae studiosum esse, proinde dis-
 svasit ei militiam sequi, sed Puerorum in-
 formationem ei obtulit, nova condem virtu-
ris acria Musis. Annuit Sommerus De-
 spotae voluntati, ac munus docendi Pueros in
 se suscepit. Haec sic exprimit Joannes Som-
 merus in I. Elegia, de Clade Moldavica:

" Vidit et arridens, sed Princeps Mol-
 daviae Joannes, dixit: fortissime tyro
 " nescio quid molli corpore majus agis
 " Dixit, et auratam lytharam mihi tradidit Hero,
 " Id fuerat nostrae, scilicet artis opus.
 " Martia sic rursus, cum sero milite lastra
 " Deseruit noster transfuga factus amor.
 " Reddidit et Musis inritum cura benigni
 " Principis, ut ceterum sicut et ante, deas.

" Oha nam sumptu fortis mea divite, postquam
 " Artibus exultum viderat esse bonis.
 " Ne studii voluit puerilibus esse Magistrum
 " Ut teneris animis iura severa darent.
 " Tunc ego florebam cum nempe simillima Regni
 " In manibus ferula, virgae Scepta forant.

Postquam autem in Pulcro informationem, di-
 gentem impendisset operam, multos natus est di-
 scipulos; ut patet ex quodam ejus Disticho:

" Ipse meas longo produens agmine turmas
 " Ad Templi Sacrum limen iturus eram. &c.

Quia autem - - nulla potentia longa est,
 etiam Joannes Despota Tuam potestate abutens,
 Moldavi perosi ejus Principatum, Regno illud
 exturbare constituerunt Anno 1563; sed ille
 in arcem Soesva dictam se confert, ^{can} munit,
 post obsidionem tamen capitus, ac Tomsa,
 quem loco ejus constitulare voluerunt Principem,
 traditur, qui tunc ferrea clavâ prius con-
 ditum; per Tartarum quendam capite obtru-
 cari curavit. Qui Tomsa, ut ex Sommeri
 versibus colligi potest, à Johanne Despota fuit
 ad illud honoris culmen promotus; sic enim scribit:
 (Comp³ 2 Paral. 24. & 26. simile exegit de Zabad) Pr

- - - Princeps optime - - -

" Infandum! tam nō percutiente cadis.
 " O dolor! in Dominum sumit scelerata Minister
 " Arma, tuo factus munere quicquid erat.

Cujus Despotæ cadem ^{„Sommeri} deflet Elegia xv-tâ:

" Flete boni, gaudete mali, jam tempus utrisque
 " Molitoris causam, letitidique dedit.

" En jacet immiti concisus Despota ferro
 " Et procul à trunco colla resecta gemunt.

" Illius regali facies gravitate reverenda
 " Querit in immunda hinc cadaver humo.

" Quid querat? ei quō sacra parem funebria planctu?

" Talia, quōve salis carmine fata fleam?

" Vix etiam nostro vires mea musa dolori
 " Sufficit, alterius plangere damna nequit.

" Et tamen est equum plorari nobile funus
 " Et domino peri debita justa meo.

" Nestorides Nymphæ lugubres tollite questus
 " Infami perit. crimine uester amor.

" Illius sermones effingens lingua disertos
 " Singultu venas conculcente talet.

" Quisq; feras movit, non flectere docta Valachos
 " Facundi pretium carminis istud habet. &c.

Sic ē vivis sublatō Joanne Despotā, Somme-
rus volens viduam Despotae consolari, tam re-
quisivit. Inter consolandum animadvertit hostes
appropinquare, proinde Sommerus

" Prostratus erumpit subitis quae casibus apta
Perfugium trepido lata fenestra dabat;

" At depresso truncus Mulier grandaeva catenas
Gessit, ab immuni pendula facta trabe
" Non illam lacrymae non magne stirpis origo
" Non cani misere surripere neci.

Sic Sommerus fugā sibi consulens, sub spatio
mensis integri in vinis, lybis, ac alibi dehituit
quod sic describit Elegia I.

" Integer exactus fugiendo Mensis, gemum
Discere me jussit plurima damna pati.
" Sepius armati sceleratis funibus hostes
" In media parvorum definiturē viā.
" Et nisi fallaciō mentioer este colonum
" Illa foret mortis, flebitis, hora mea.
" Vinitor immentos reseebam falcu racemos
" Texit et ars vitam sepius ista meum
" Proximus abstruso latibus mihi, mensis abivit
" Nullus et hen! longo tempore visus homo exibat.

Sic in Elegia XIV-ta ad Sylvas, scribit:

" Sylvosi montes, Nympharū blanda voluptas
" Quas abit incultis terra Valasha-jugis,
" Nunc etiam placide nostras audite querelas
" Quas nimium crebras flebile carmen habet.
" Forsitan extremum vos hac miser alloquor horā
" Et mox depressus vile cadaver ero.
" Tunc vestrum magnā quarebit voce Poëtan
" Cui pulcro pallens ē sine voce caput. &c.

Interius:

" At nos antea tegunt atq; horrida lustra ferarū
" Quam bene, quod miseris bellua nulla nocet
" Nempe Deo nostrae debemus munera vitae
" Involuntiq; illo vindice turba sumus.

Circa finem elegia:

" Quandoquidem plaudit semel omnia vertere Divi
" Despoticamq; premunt Numina leva domum
" Interea exiguum Sylva praestate quietem
" Nec mea decessis prodite intinbra coris,
" Inscribam vestras aeterno Carmine laudes,
" Nobileq; in fisco ~~litterae~~ costice nomen erit.
" Quicquid erit tandem constanti mente feramus
" Auxilium miseris dum ferat ipse Deus.

Sic per multa pericula factus Sommerus
venit in Transylvaniam, perustratisq; Urbibus et
oppidis Transylvanica concessit coronam, tandem
Bisnicium &c. ut testatur de Clade Mold. Elegia 1.

- " Ego vitari monstrata pericula fraude
" Elapsus per Transylvana vagarer
" oppida, de veta perstreperimq; lyra
" Donec in hanc fatiduloneo volentibus Urbem
" O ubinam grata sit mihi causa morae.
" Subnehit: Bisnicii. 4. Idus Aprilis 1568.

Sommerus coronae commorans A. 1567
obit. non est deditus, sed Reges Hungaricos ab
Stephano incipiendo, usque Ferdinandum et Jo:
annem. Carmine Elegiacis decantavit, et quidem
juxta Bonfinium; sic enim ad Lectorem scribit:

- " Pannonia Reges docto Bonfinius ore
" Scripsit et hac laudem sedulitate tulo.
" Illius angusto dedimus compendia libro
" ut celebrata rudi carmine facta legas.
" Illius in cultis flores collegimus horto
" Et si quid Jovis dives habebat ager.

Dedicavit autem hoc Opus: Ornatisimo
" virtute et eruditione viro D. Antonio Jungk,
" Republicae Libinensis Senatori, Domino et amico Obser:
" vando.

Ut appareat, ubi, quando, qua occasione, et in
quam juvenili etate decantaverit, ^{" Sommerus} Regis Car:
mine Elegiacis, ad ea confirmanda, placet Con:
clusionem de verbo ad verbum inferere. Sic
ergo concludit Carmina sua de Regibus Hungaricis:

- " Haec, ego montana scripsi securus in umbra
" Qua jacet excelsis pressa corona jugis.
" Crimias, urbes inter numeranda Corona
" Qualis Iazygia rara videtur humo.
" Illa patefecit fugientibus atria Musis
" Cum premerent paucos Martia signa deos.
" Illa peregrino tutas mihi prebuit aedes
" Legit et oppressa fragmina quassa raris.
" Tunc ubi Moldavia fugivem de clade superstes,
" Et mihi mille foret vita tuenda malis.
" Natus ad Albiana ripas Sommerus arund
" Que spectat rupes edita Pirna suas.
" Nondum quinque meae numerabam lustra Juventa
" Cum levis haec facili Musa labore dedit.
" Alter ab hoc clarus Solymani funere super
" Moenia Sigethi straverat annus humi.
" Moenia multiplex novies defensa labore
" Que stagnans gemina fossa tulerat aqua.

Berhlen.
p. 260g

Laptags

" Captaque funestis arx Julia cladibus, hosti
 " Cesserat, extremum pertuleratq; iugum. usque.
 Subnequit: Joannes Sommerus Pirnensis. Anno 1567.

Tandem concessit Bistricium (ut super observavi)
 ibique moram trahens scripsit Elegias de Clade
Moldavica. Scripsit etiam: Hortulum Amoris,
tum Colica, in forma Dramatis.

Dedicavit vero Stephano Helnero Fratri Carissi-
mo, eo sine, ut Helnerus eadem Opera edit curavit,
 sic enim in Praefatione ad eum scribit:

" Cumq; tibi sudent residues Helnere Camena
 " Fac, labor auspiciis duret ut iste tuis.
 " Ergo leves, hilares, quos tradimus, accipe Versus
 " Quo tibi blandirer, nil mihi majus erat
 " Forfitan hoc olim ventura fatebitur aetas
 " Te mihi Senebro, pater, amore coli.

Satis fecit etiam Helnerus voluntati Sommeri,
 nam omnia ejus Opera, tunc Corona et Bistri-
ci elaborata collegit et excudi curavit post
 mortem Sommeri, sub hoc Titulo:

" Joannis Sommeri Pirnensis
 " Reges Hungarici. Et. Clades
 Moldavica.

" Moldavica. Cujus etiam Hortulus Anno
 " II, cum Colica, in formam Dramatis
 " Scripta, in finem adjectus est.
 " Omnia, Studio et Opera Stephani Helneri
 " Senatoris Bistriciensis in Transylvania,
 " collecta et in lucem edita. Witebergae
 " Clemens Schleich excudebat MDLXXX. in 4^o

In laudem Sommeri Epigrammata scripsit:
 Andreas Schuler Bistriciensis; Jonas Niz
 colai Ostermicensis; Saxo. Georgius Helnerus
 coronens Transylvanus. Daniel Krecher Bi-
 striciensis Transylvanus.

Post mortem autem Sommeri edita est haec Ope-
 ra patet ex Epigrammate Georgii Helneri, qui
 inter cetera sic scribit: ^{per avum}

" Posthuma nam proles, sed erunt monumenta
 " Eximia, Auctori posthuma Scripta suo.

Sommerum fuisse Poëtam bonum, juvenum,
 et valde facilem, demonstrant ejus Opera.
 Hinc factum, ut Me quoque non piguit multos
 ejus describere Versus, tum ad corroboranda
 ea quae scripti, volens demonstrare vera esse,
 tum Specimen ejus Versuum dare, tanto magis
 quia Libellus est rarissimus, mihi enim Oper-
 um Exemplar plura vidisse non contigit. de

de Joanne Sommero inter Claros Poetas in
appendice adjecta Libello Georgii Fabricii V. Cl.
An. MDLXXIII hoc Distichon adjicitur:

" Pannonia tibi descripsit Carmine Reges
Sommerus, et adem Despota clare tuam.

" Ad Funeralia Serenissimi quondam Joannis II.
Regis Electi Hungariae, Dalmatiae, Croatiae & Com:
positi etiam versus testantur Sommerum non
factum, sed natum fuisse Poetam.

Quod Religionem Sommeri attinet: cum in Lu-
therana Religione natus et educatus fuisse, ac et-
iam cum post cladem Moldavicae, in Transylvania
moraretur, eandem fuisse Religionem, vix dubita-
ri potest, propterea enim habuit Coronenses, Cib-
nienses ac Bistricienses Patronos; postquam tam-
peragratis Transylvaniae Urbibus et Oppidis, re-
divisset in Patriam Germaniam, (quod A. 1568
contigisse existimo, Aestate aut autumno) iterum
vocatus a Georgio Blandrata et Francisco Davidi
venisset in Transylvaniam, Lutheranae Religionis re-
muncians Unitariorum Religionem amplexus est,
ac Scholae Claudiopolitanae Lector est constitutus
juxta Sandium Anno 1569

De his Posselinius Hist. Eul. Sect. III. Cap. 7. Sic
scribit: Blandrata et Franciscus Davidi. - ex Ger-
mania

" mania accessitum Joannem Sommerum, homi-
nem loquacem, sed qui Graecae linguae videtur,
cum a Lutheranis desecisset, Claudiopolitanae
Scholae praeficiunt.

Credidem, cum Sommerus Transylvaniae Ur-
bes et Oppida peragrasset, sine dubio, Claudiopoli
quaque moram trahens, in Religione Unitariorum
est illuminatus, et sic, licet rediit in Patriam
Pixnam, vocatus facile venit. Venit vero

postea sumptibus Joannis II-di Regis, ipse
enim Sommerus in Oratione Funebri ad ex-
equias Joannis Regis scripta, cum inter alia di-
xisset: Qui in messum Domini per Ungariam

" passim ad docendum ablegati sunt: qui Indorum
" causa vel Italiam adierunt, vel ad Germanos se
" contulerunt, ipsius plerique, imo fere omnes
" experti sunt liberalitatem ac munificentiam, subju-
" git: Ex eruditissimis quoque & piis viris multos hunc
" ita propositis stipendio in Transylvaniam evocavit,
" ut tum literarum, tum pietatis quoque melior consuetu-
" tudine rario. Et Joannes Galsi Barr. Transyl-
" vaniae de Joanne Rege refert, illum Claros viros
" quorum virtutes ipsi commendate fuerant, in Transyl-
" vaniam invitasse. Wolffg. Bethl. Hist. L. V. pag. 287.

Et quorum numero, existimo, fuisse Sommerum,
qui postquam invitatus venisset Claudiopolim
Officio

officio Lectoratus, in Schola Claudiopolitana est or-
natus, ita enim ubique suis Operibus, Subscribitur:
"Joannes Sommerus Lector Schola Claudiopolitana.

Qua Sedulitate, et diligentia officium Præsit So-
merus, demonstrant multa ejus Opuscula tam Im-
pressa, quam MSA; præter Superius enim me-
morata Opuscula Poëtica, varia sub brevi tem-
pore Lectoratus elucentur Opera Theologica,
*et alia de quibus inferius Gibelotti ipse in Scholæ
de quibus consilium Gibelotti ipse in Scholæ*
Tranlytanp-Unitariorum, sub Opera ejus recensuit.
Cæterum, Sandius notat, Sommerum Fran-
cisco Davichis in dogmate de Domino Jesu non in-
vocando, fuisse homodoxum. Contrarium tamen
ex ejus Thesibus, quas xvii de Jesu Christo
scripsit, colligi potest, nihil enim contra Dominum
Jesu honorem statuit, cum Dei Filium, Serva-
torem, Dominum agnoscat, licet cum Deo Patre
ejusdem essentia Deum regat; alioquin hodie et-
iam Unius Dei cultoribus multa talia ascriberentur.

Disputationi causam publicam, præsertim
Joanne Rege, interpres. i. terti. (Claudiopoliti) Respo-
dentis vicem agens cum Nicolo Paruta. ~~De~~
cujus Disputationis modo et ordine, in gratiam
Lectoris curiosi non piget pauca describere, cum
exiguam paucos eandem vidisse et legisse, vel
saltem audivisse. Præterea

Præterea, si Confessio Sommeri consideretur
quam Anno 1572 scripsit, apparebit eum, Christo
Domino honorem non abnegasse; cum enim præ-
misisset: Nunc de Filio Dei unigenito Jesu Christo
fidem nostram accipe, sic confitebor: Credo
et in Dominum nostrum Jesum Christum per quæ
omnia 1. Cor. 8. 6. & Inferius: Hunc nos ut
mediatorem colimus - - exemplo Apostolorum, qui
Christum ipsum non ut Altissimum Deum, sed ut
Altissimi illius Dei Filium, non mittentem, sed
missum Messiam et Redemptorem invocarunt &c.
vide totam Confessionem in Defut. Scripti
Patri Caroli Lib. 1. pag. 32. 33 &c. Alioquin
in omnibus Articulis fidei secundum Unitarios
non fuit satis illuminatus; sic enim in dicta
Confessione inter cætera confitetur: Credimus Jesu
Christum - in nostram salutem, ab omni æterni-
tate præcognitum, designatum et definitum - ut
tanquam Agnus innocens et hostia pura, Jan-
guine suo, in temporis plenitudine, pro nobis li-
beraret, suorum isto sacrificio peccata nostra ex-
piaret, Dei Patris iram placaret &c. Videtur
in his et Satisfactionem Christi asserere, eum
Deum Patrem, cum Christo Deo ad mortem dedit, sui-
mano generi iratum fuisse; cum tamen contrari-
um habet Joh. 3. 16. Rom. 5. 6. 1mi, 1. Joh. 3. 16 &c.

Sommerus Disputationi etiam cuidam publice, presente etiam Joanne Rege, interfuit, in qua cum Nicolao Paruta, Respondentis, vel Defendentis, partes sustinens, Ina Sex Corollaria, ut appellavit, (que inferius Subjiciam) publice defendit. Cuius Disputatio videtur fuisse Anno 1570, vel 1571 in initio Anni; nam licet, fuit Disputatio Al. in Julia A. 1566 in Febr. et 1568 in Martio, et Paradisi 1569 in Octobri, ubi Rex fuit Rex, sed Sommerus tunc nondum erat Unitarius, saltem nulla ipsius sit mentio in Disputationibus; post Annum vero 1571, presente Rege, non fuit Respondens, quia Rex 14 Martii mortuus est.

Sommerus Græcam linguam calluit; nam et Posserinus illud quasi scribat de Sommero, ut, qui Græcè nosse videtur; nosse tamen ex eo patet, quia in Superius memorata Disputatione Græcè perorare desiderabat, sed non est permissum à Rege. Mortuo Rege Epitaphium Græcè scripsit, quod et impressum est Claudiopoli. Sommerum, post adeptum Lectoratum Scholæ Claudiopolitane, citò mortuum fuisse, innuit Posserinus; sic enim scribit: Sommerus una cum uxore et socro pestilentia correptus diem

diem non multo post, scilicet, postquam Lector Scholæ creatus fuisset, obiit. Preterea tamen quò Anno fuerit mortuus, in scriptis non reperio. Constat A. 1572 in Octobri, in vivis fuisse, Anno vero 1580 mortuum fuisse. Fortè mortuus est A. 1573, nam Posserinus scribit Sommerum, post mortem ejus, Suffectum fuisse in regione Scholæ Claudiopolitane Jacobum Paleologum, hic vero jam A. 1573 fuit Claudiopoli.

Theodosius Schimbergius aliquot annos habuit Sommero, dum Claudiopoli Lector fuit, cum enim voluisset Sommeri quendam Opera, prelo subjicere, sic inter cetera, in Epistola Dedicatoria scribit: Incipiemus ab eo quod scriptura est contra Petrum Carolinum, à viro doctrinâ et pietate summâ prædico Joanne Sommero Pirneni, Lectore Scholæ Claudiopolitane in Transylvania per annos aliquot sub viro doctissimo Francisco Davidi Superintendente Ecclesiæ de uno Deo consentientium. Unde colligi potest Sommerum non diu vixisse. Hæc sunt, quæ de Sommero habere, ac hinc et inde colligere potui; reliqua hinc pertinentia in Græcam curiosi Lectoris in Extracto Disputationis, cujusdam publice, Subjiciam. Opera

Opera Sommeri, quae mihi vidisset contigit,
Sunt sequentia:

- I. Reges Hungaricos carmine Elegiaco decantavit.
- II. Clades Moldavica, ibidem per Elegias est
descripta.
- III. Hortulum Amoris, cum Colica, in forma
Dramatis est ab eo scriptum. De his vide super,
cujus sunt Opera, et ubi sunt impressa. in 4^o.
- IV. Corollaria Sex à Joanne Sommero ex Sa-
cris Bibliis collecta pro Apostolica et Prophe-
tica Veritate. MS. Quae publicè defendit. Vid. inf.
- V. De Christo Domino Theses XVII. MS.
- VI. Summa Libelli de Veritate Narrationis E-
vangelicae et Christi Cognitione. MS.
- VII. Enarratio in primum Caput Matthaei. MS.
- VIII. Oratio Funebris in mortem Illustissimi
et Regis Virtutibus Ornatissimi, verè etiam
pietate Excellentis Principis ac Domini D. Joann-
nis Secundi Electi Regis Hungariae &c. Qui na-
tus est Anno Domini 1540. Dis. verò suum
sanctè obiit Anno 1571. Mart. 14. Scripta
à Joanne Sommero Pirrense Scholae Claudi-
opolitanae Lectore. Claudiopoli impressa A. D. 1571. in
- IX. Epitaphium in honorem Joannis Sturm-
i Graecè scriptum versibus Elegiacis, et im-
pressum Claudiopoli. in 4^o.

Contra = X.P.

7
H. Kerosi P. y.
Kerosi. Janos

De Typographis et Typographis
Unitariorum in Transylvania..

VEGGE